



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Decimaseptima Conclusio. Tortus ad eruendam veritatem, si in negatione persistit, & indicia præcedentia tortura sufficienter purgavit, & absolutus est, non infamatur per torturam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

feor. Gloss. Archid. & alij in d. cap. Cùm ho-
mo. Abbas & Anchar. in Rub. de fideiuss. Fe-
lin. in cap. fin. de accusat. & post alios plures
Gomez. loco cit. Vnde sæpè contingere solet,
quod reus absoluat sub fideiussione de sol-
uendo certam summam, e. g. 200. aureos, quã
summam fideiussor soluere tenetur, nisi reum
& suum principalem consignet. Eadem ratio-
ne potest fideiussio tendere ad solutionem ex-
pensarum, & interesse, quando iustæ expensæ
fiunt in causa rei.

*Decimaseptima Conclusio. Tortus
aderuendam veritatem, si in negatione per-
sistit, & indiciã precedentia tortura suffi-
cienter purgavit, & absolutus est, non infamatur
per torturam.*

BARTOL. in L. Nullam. C. Ex quibus causis
infamia irrogetur. Addit. ibid. Bald.
Salycet. Iacob. Butr. & Paul. Castrens. in ead.
L. per text. ibid. Francisc. Brunus de indicijs &
tort. q. 8. secundæ partis, num. 3. Berthachinus
in Repertorio, in verb. Tortura, num. 70. Vn-
de ait Iacob. de Bellouiso in tract. crimina. de
quæst. fol. 88. col. 3. vers. Et sic ex prædictis col-
ligo, &c. quod beatus homo, qui se omninò
tenere potuit in tormentis, quoniam absolue-
tur, & melior quàm ante accusationem repu-
tabitur, cùm prosperè & feliciter se purgaue-
rit à

rit à sibi impositis, arg. Authent. Quomodo oporteat Episcop. & cleric. §. Si nemo accusauerit. Quod dictum allegat, nec improbat Boërius in decisione 163. num. 14. Hinc si quis alicui obijceret aliquod crimen etiam magia, super quo se tortura purgavit, & absolutus exiit, possit talis contra obijcientem & exprobrantem agere iniuriarum.

Decima octava Conclusio. Tortura etiam inferri potest die feriato & festo, etiam paschalis diebus in maioribus & atrocioribus criminibus, in honorem Dei.

HANC Conclusionem probant L. Nemo. C. de Episcop. audientia. & L. Prouinciarum. C. de ferijs, & eam tradunt Bald. in d. L. Nemo. Francif. Brunus de indicatijs & tort. q. 5. 2. par. num. 52. Marfil. in pract. crimin. in §. Expedita, nu. 83. Iul. Clarus lib. 5. §. fin. pract. crimin. q. 64. num. 34. & hoc obseruatur in multis Italiae locis, & laudat Clarus fieri in delictis capitalibus in honorem Dei. Reprehendunt autem idem auctor & Brunus in minoribus delictis id obseruari. Ratio hæc Conclusionis à Bruno redditur. Tortura est quædam examinatio extraiudicialis, vnde si præcessit iudicialis cognitio indiciorum, potest fieri postea examinatio quolibet tempore: exemplo testis qui iudicialiter iurauit, potest examinari quo-